

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias Quas Matronae ... Elisabethae Gusebehrs/ Maritae suae  
desideratissimae Viduus moestissimus hodie parat, Cives suos in aedem B  
Virginis ad horam meridiei ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.,  
in E. Gvsebehr,  
uxor. J. Schnittler.

R. 1638.

51.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77752614X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0002)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77752614X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77752614X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0004)

**DFG**

94

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE.**  
J. U. D. & Profess. P.

AD EXE<sup>R</sup>C<sup>T</sup>IAS

Quas

Matrona honestissima

**ELISABETHÆ**  
**G<sup>V</sup>S E B<sup>E</sup> H<sup>S</sup>S/**

Maritæ suæ desideratissimæ Videlius  
mæstissimus hodie parat,

Schnitter

Cives suos in ædem B Virginis ad horam meri-  
dici dimidiata primam officiose invitati.



**R O S T O C H I ,**  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
Anno M DC XXXIX.

ANNO

**Q**ui tantopere in hoc  
breve seculum propen-  
dent, vitaq; mortalis  
tamen prolixas spes in-  
choant, nescire utiq; vi-  
dentur & cui bono nati sint, & quod  
consummatæ beatitudinis sit, ad im-  
plere, ad quod natus fueris. Est au-  
tem ea nascendi lex, ut quicquid ini-  
tium, idem quoque finem habeat.  
Cumq; ad Dei gloriam, qui antea ni-  
hil extitimus, perfecta quædam ac  
nobilis creatura conditi simus: vi-  
vitur quidē non nihil in hoc orbe ad  
istam regulam, tancæ autem imbe-  
cillitatis fragilitatisq; res est, ut ei  
minimum vivamus. Quapropter,  
sicuti infinitæ Majestatis ac poten-  
tiæ Deus infinitam in hominibus  
gloriam sibi peperit; ita futurū non  
ante

ante est, ut i sti omnibus numeris ab-  
soluta respondeat vita nostra, nisi ex  
caduca hac & mortali ad perpetuā  
æternamq; transeamus. Momenti  
enim instar milleni quiq; anni præ-  
cipites cadunt, si cum Numinis æter-  
nitate conferas, quantūq; hoc quan-  
tum orbis universum est, instar ful-  
guris prætervolat. Parva autem &  
nimiū brevis Dei gloria foret, si cum  
orbē hoc eadem quoq; terminare-  
tur. Æternus ergo in nobis spiritus  
est, qui è cœlis datus, cœlis destina-  
tus, corpus quoq; erigit ac sydera-  
tueri jubet. Qui, sicuti vultum non  
ad morem ceterorum animantium  
projicit, ita paatum non ex terris, sed  
à cœlis repetit, sequiturq; creatorē  
suū, & æternitatem amat. Hic igi-  
tur etiam dum corpori suo immer-

Eee 2 sus,

sus, diuturna secum ac perpetuo fu-  
tura volvit, naturali ista affectione,  
cui rei factusq; creatus sit, demōstrat.  
Exigua ipfi in his terris mora est, &  
quæ minimū desiderio suo respon-  
deat. Alibi quæritur, quod hic spe  
ratur. Istaq; ex meditatione nata pri-  
mū omnis veterū sapientia, secrevit  
plebem, ac veluti cum pecudibus ab-  
jecit. Quippe quæ olim in errori-  
bus ac tenebris vagata, ignara condi-  
tionis suæ, procul à veri Dei agnitio-  
ne, procul à futurorum spe, omnia  
cum corpore atq; hac vita claudē-  
bat. Tanto nunc beatior, quod ex  
cœlestis revelatione verbi, vel ultra  
gentilium sapientiam immortalita-  
tem suam quotidie meditari secta-  
riq; habet. Multumq; ad istam in-  
telligentiam faciunt contemptus ac  
vilitas

vilitas sua, labores hujus vitæ & communes  
mortaliū, sibi autem propriæ ac nimis quam  
duræ, vices. Quibus cum requiem etiam natu-  
ra duce sperent, nulla quidem reperta est alia,  
nisi quæ morientibus contingit. Nullæ tum  
ibi curæ amplius, quæ antea & maximæ & atræ  
sedeabant, nullæ ullius rei sollicitudines, æru-  
mnæ nullæ. Omnia in tranquillo, secura felici-  
ciaq; omnia. Ergo cum vitæ hujus ipsius non  
nisi laborum nomen sit, & beatissimis ejus  
nausea aliquando, velut eâdem naturâ sugge-  
rente, obtigerit, commune miserix nostræ so-  
latium primasq; spes impetramus dulcem à la-  
boribus requiem. Quam quotquot à multis  
retro seculis adepti sunt, tanto feliores exilli-  
mari debent, quia maximo desideratissimo que-  
dono addita sit díturnitas. Reclèigitur, qui  
in lucem edimur, ad mortem destinamur, istiq;  
rei suscipimur. Siquidem vitæ non alitid præ-  
mium mors, quæ servituti libertas est; Ad quā  
si patroni munificentia ac hereditas accedant,  
servitutem nemo detrectet aut impatienter fer-  
rat, & omnes ad pileum sese revocari ament.  
Cum enim sicuti nobis, ita quoq; huic univer-  
so immineat finis, utiq; alia adhuc sc̄fari ne-  
cessere est, aeterna quidem; ad gloriæ similitudi-

Ecc 3

nem,

nem, cui conditi ac redēmti sumus. Hæc tum  
illa vita est, ubi præteritorū non obliviscimur  
præsentia non negliguntur, de futuro nihil ti-  
metur; quæ non æstatibus premitur, non rerū  
vicibus; expers omnia miseria, omnisq; non-  
tantum mali, sed periculi, sed formidinis, sed  
metus; Quam amplius contemnere aut odisse,  
ut vivatur, non opus est, quæq; nec moriendi  
virtutem requirit, absq; qua olim & servitus &  
supplicium erat. Quæ sic placet auctori D<sup>r</sup>o,  
ut quam maximè approbet creaturam suam,  
gaudeatq; hominem fecisse, à quo sic colitur,  
sic laudatur. Tum autem summa votorum o-  
mnium, cum felicitas consummata obtigit  
mortalibus, quia ad æternā facti, adimplerunt  
id, cui nati sunt. Quid ergo sit, ò mœstissimi  
mei, ut invidetis istam defunctorum sortem, qua  
melior nulla, nulla beatior cogitari precibusq;  
exposci à defuncta potuit? Nunc enim consta-  
re demum incepit, cui bono olim nasci, & nu-  
per denasci dehucrit, miraturq; tā lācas aureasq;  
ultimas vices, quibus cuncta mortalia & caduca  
æternis ac coelestib; commutata sunt. Fuit au-  
tem, cujus causa ad scribendum appellati su-  
mus, Honestissima Pudicissimaq; matrona E LI-  
S A B E T H A, Integerimi spectatissimique e vis

mon

8294

JONAN-

JHANNIS SCHMITTERI / Serici institoris ædi qz  
Marianæ Ephori, conjux desideratissima. Nata  
in. Apr. Anni 1590. Patre Viro Prudentissimo Dn. HENRICO Gusebeer / Senator &  
Camerario hujus Reipubl. meritissimo; illius  
Clausen/ primarii quondam apud nos civis ex  
CATHERINA Harkenstroß/ optimo filio; Ma-  
tre fœmina pudicissima ANNA Nettelnblades/  
Viri Prudentissimi Honestissimiqz Dn. CARO-  
STENß perinde Senatoris & Camerarii hujus Rei-  
publ. quondam dignissimi ex Gesche Gordess  
prognata dilectissima filia. His edita majori-  
bus, per baptismum Christo inserta; profecit  
ætate & gratia apud Deum atqz homines. Quā-  
primum enjū matura viro exitis ab integratio-  
ne honestissimoqz Cive JOHANNE Westenhoff/  
expetita legitime & domum ducta est. A quo  
cum ipso illo primo conjugii anno vixitia esset  
facta, postquam elxuerat, concessit in amplexus  
optimi integrissimiqz istius Viri, quem supra no-  
minavimus. Cum quo xxvi. fecit, genuitque  
septem liberos; ex quibus supersunt singula u-  
triusque sexus paria; filiae autem duæ, unus fi-  
lius ad luperos concederunt. Ex superstitionibus  
integrissimo honestissimoqz Civi CHRISTIANO  
von Ehienell / tum juveni, natu maximam,  
collocavit. Ipsa omnibus decorata virtutibus

que & mulierem & conjugem decent. Ut summatum dicamus, exemplum inter sui ordinis matronas extitit, eamque memoriam ad posteros etiam propagabit. Ab xxix. Julij decubuit in xix. Augusti. Quo die Servatori Christo animam suam plena fide reddidit; ætatis Anno LII.

Agite Academix Cives, & honestissimæ foeminæ id, quod postremum desiderasse potuit, officium tribuite, mecumque hodie illius exequias celebrate. Ipsi vos valete bene.  
P.P. xxii. August. & I. xxxix.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77752614X/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77752614X/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77752614X/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0015)

**DFG**

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77752614X/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752614X/phys_0016)



JHANNIS Schmittkern / Serici in  
Marianæ Ephori, conjux desiderata  
in. Apr. Anni 1511x. Patre Ve  
simo Dn. HENRICO Gusebeer,  
Camerario hujus Reipubl. mer  
Clausen/ primarii quondam apu  
CATHARINA Hartensroess/ opt  
tre foemina pudicissima ANNA<sup>2</sup>  
Viri Prudentissimi Honestissim  
stens perinde Senatoris & Camer  
publ. quondam dignissimi ex  
prognata dilectissima filia. His  
bus; per baptismum Christo in  
estate & gratia apud Deum atq; he  
primum enj; matura viro extitit  
mo honestissimoq; Civie JOHANN  
expetita legitime & domum duc  
cum ipso illo primo conjugii an  
facta, postquam elxuerat, concessi  
optimi integerrimiq; istius Viri, qui  
minavimus. Cum quo xxvi. fec  
septem liberos; ex quibus supersi  
triusque sexus paria; filiaz autem  
lius ad luperos concederunt. Ex  
integerrimo honestissimoq; Civ  
bon Thienent/ tum juveni, natu  
collocavit. Ipsa omnibus decora



the scale towards document